

Beckh - Bild
Wien - d. 18. 18. 18.
P. P. P.

Ante divinum Officium

Aperi, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis et aliénis cogitátionibus; intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut digne, atténte ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum divínæ Majestátis tuæ. Per Christum Dñum nostrum. *R.* Amen.

Dómine, in unióne illius divínæ intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (vel hanc tibi Horam) persólvo.

Ante singulas Horas

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus débitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem: sed libera nos a malo. Amen.

Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

*In princ. Matutini
ac Primæ*


Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúl-tus: descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, Sanctórum communiónem, remissionem peccatórum, carnis resurrecciónem, vitam ætérnam. Amen.

BREVIARIUM ROMANUM

EX DECRETO
SS. CONCILII TRIDENTINI RESTITUTUM
S. PII V PONTIFICIS MAXIMI JUSSU EDITUM
ALIORUMQUE PONTT. CURA RECOGNITUM
PII PAPÆ AUCTORITATE REFORMATUM

*cum Psalterio secundum novam
e textibus simigeniis interpretationem latinam
Pii Papæ XII auctoritate edito.*

Edo amplificada Taurinensis decima



PARS ÆSTIVA

TAURIN **MARIETTI** ROMÆ
S. Sedis Apostolicæ et S. Rituum Congr. Typographi

ic
m
8,
n,
ne
er
i-
a-
—
nis
ro,
em
ad-
am
nus
ous.
ll.



MAURILIUS
TITULI S. MARCELLI S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
FOSSATI
DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
ARCHIEPISCOPUS TAURINENSIS
SACRÆ THEOLOGIÆ ET JURIS UTRISQUE FACULTATUM
MAGNUS CANCELLARIUS

Cum dilecti filii Nostri MARIETTI, S. Sedis ac S. Rituum Congregationis Typographi, novam hanc Breviarii Romani editionem formæ in-18, ut aiunt, et in quatuor volumina distributam, ea qua par est sollertia comparaverint, eamque imprimendi atque evulgandi licentiam a Nobis suppliciter petierint;

Nos, tam Decretis URBANI PP. VIII s. m., qui solemniter sanxit ne quisquam ex typographis Romanum Breviarium edere posset quin prius ab Ordinario loci veniam — et quidem scriptis dandam — obtinisset, quam normis super hac re a C. J. C. traditis inhærentes, Revisori Nostro, ad hoc officium specialiter deputatum, præfatam editionem perpendendam commisimus.

Qui, cum Nobis retulerit eam plane congruere cum adprobatis Breviarii Romani editionibus, petitam licentiam libenter in Domino concedimus.

Cujus rei in fidem, hasce litteras manu Nostra signavimus et Cancellarii Nostri chirographo communivimus.

Dabamus Taurinorum Augustæ, die 4 Januarii 1950.

† M. Card. FOSSATI, Archiepiscopus.

L. ✱ S.

C. Pius Battist, Cancell.

Pœnas cucúrrit fórtiter
Et sústulit viríliter,
Fundénsque pro te sángu-
nem,

Ætérna dona póssidet.

Ob hoc precátu súplici

Te póscimus, piíssime:

In hoc triúmpho Mártyris

Dimítte noxam sérvulis.

* Laus et perénnis glória

Patri sit, atque Fílio,

Sancto simul Paráclito,

In sempitérna sácula.

Amen.

V. Glória et honóre coro-
násti eum, Dómine. R. Et
constituísti eum super ópera
mánuum tuárum.

Ad Magnif. Ant. Misso
Heródes * spiculátore,
præcépit amputári caput
Joánnis in cárcere. Quo
audíto, discípuli ejus ve-
nérunt, et tulérunt cor-
pus ejus, et posuérunt il-
lud in monuménto.

Oratio

Sancti Joánnis Baptistæ
Præcursóris et Márty-
ris tui, quæsumus, Dómi-
ne, veneránda festívitás:
salutáris auxilií nobis præ-
stet efféctum: Qui vivis.

Et fit Com. præcedentis:

Ant. O Doctor óptime,
Ecclésiæ sanctæ lumen,
beáte Augustíne, divínæ
legis amátor, deprecáre pro
nobis Fílium Dei.

V. Justum dedúxit Dómi-
nus per vias rectas. R. Et
osténdit illi regnum Dei.

Oratio Adésto, ut supra 966.

Deinde Com. S. Sabinae
Mart.:

Ant. Símile est regnum
cælórum hómíni negotia-
tóri quærénti bonas mar-
garítas: invénta una pre-
tíosa, dedit ómnia sua,
et comparávit eam.

V. Spécie tua et pulchritú-
dine tua. R. Inténde, prospere
procéde, et regna.

Oratio

Deus, qui inter cétera
poténtiæ tuæ mirá-
cula étiam in sexu frágili
victóriam martýrii con-
tulísti: concéde propítius;
ut, qui beatæ Sabinae Már-
tyris tuæ natalítia cólimus,
per ejus ad te exémpla
gradiámur. Per Dóminum
nostrum.

In I Nocturno

Pater. - Absol. Exáudi.

Bened. Benedictióne.

Incipit liber Jeremiæ
Prophétæ

Lectio i 1, 1-10, 17-19

Verba Jeremiæ filii
Helciæ, de sacer-
dótibus, qui fuérunt
in Anathoth, in terra Bén-
jamin. Quod factum est
verbum Dómini ad eum
in diébus Josiæ filii Amon
regis Juda, in tertio dé-
cimo anno regni ejus. Et
factum est in diébus Jóa-
kim filii Josiæ regis Juda,
usque ad consummatio-
nem undécimi anni Sede-

Do 31. 8. - letzte Monarche.

Fr 1. 9. Keine M.

1972

Sab 2. 9. Anabaptismus pr.

So - " - Pfingst. ~~1972~~

Mw Eis dom - Schuler VS

Di Eis Frankste SOS
" - HS-M. } Bm

Mi keine M

Do film



PREVIARIUM
ROMANUM



AESTIVA

